

possint. Sed patet salium præsentia vel solum a sapore emi-  
nente Spirituum, utpote quem unice a salino principio de-  
pendere, nemo nescit.

Thef. 4.

Cujus autem naturæ & conditionis sal istud sit, & utrum  
in omnibus vinosis Spiritibus æquale reperiat, non una,  
omnium chemicorum est Sententia. De volatilitate quidem  
ejus nullum est dubium, alias enim non posset una cum  $\Delta$ eis  
particulis evolare & per alembicum transcendere; Quam-  
vis propterea non diffitear,  $\Theta$ ia etiam fixa intercedente di-  
gestione artificiosa, & mediantibus aliis partibus  $\Theta$ ino- $\Delta$ eis  
volatilibus resolvi & ad volatilitatem evehi posse. Periva-  
det vel folius Spiritus vini rectificatissimi a  $\Theta$ e  $\Gamma$ ri, alias fixo,  
cohobatio, ubi spiritus non solum sapore & odore  $\Theta$ is istius  
unionem prædit, sed idem quoque in pondere suo notabile  
decrementum pati, accurata computatio ante & post destil-  
lationem instituta satis ostendit.

Thef. 5.

Quoniam tamen  $\Theta$ ia omnia doctrinæ gratia, & respectu  
saporum hodie in duas generaliores species, acida nimirum  
& alcalia, vel ex his mixta distribuuntur; inter Chemicos  
quoque, num acidæ, vel potius alcalicæ naturæ spirituum ho-  
rum  $\Theta$  sit, controvertitur? Quibus acidum videtur, cum  
Helmontio supponunt, olea quæcunque acido seminali gau-  
dere, spiritus omnes ardentes mediante acido fermento, &  
quidem in vigore fermentationis, ubi succi destillandi mani-  
festum acidum spirant, parari; ab acido alias omnem  $\Delta$ is in-  
flammabilitatem, acridinem & coagulationem dependere,  
olea propter acidum cum  $\Theta$ ibus alcalibus pugnare, spiritum  
vini etiam rectificatissimum urinæ spiritum alcalicum coagu-  
lare; Oleum chamæmeli ratione acidi metallum inter de-  
stillandum solvere, indeque calorem coeruleum contrahere;  
& quæ plura alia in hanc rem argumentum afferre solent.

Thef. 6.

Verum tamen hæc omnia nondum efficiunt, quo minus  
alcalicæ potius naturæ  $\Theta$  spiritibus  $\Delta$ eis & vinosis, iis tamen